



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 29. Concilium Pisanum Cardinalium auctoritate convocatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

miseriis vehementiori ac ceteri, commi-
 serationis sensu tangi debes, præsertim
 cum tuam opem implorent. Ast Julius
 hos sermones ægre ferens, nullum non
 movit lapidem, ut horum consilia sibi
 summe exitiosa everteret. Cum igitur
 Cæsar, Rexque Pontificem flecti nescium
 experirentur, suos Legatos ad S. Crucis,
 Narbonensem, & Cosentinum Cardina-
 les, Mediolanum mittere statuunt, qui
 eos rogarent, ut ipsimet Synodum con-
 vocarent. Legati ergo die decima sexta
 Maji præfatis Cardinalibus demandatum
 exponunt negotium, quod illi lubenti qui-
 dem animo acceptant, trinam tamen
 conditionem sibi promitti postulant. I. Cæ-
 sar, atque Galliarum Rex tam Synodum
 quam eidem interfuturos potenti suo
 præsidio tueantur. II. Neuter eorum
 Concilii dissolutioni aut translationi con-
 sentiat, absque potioris congregatorum
 partis assensu. III. Observetur nor-
 ma in Constantiensi Concilio præscripta,
 qua plenæ libertati ac securitati cautum
 sit.

§. XXIX.

*Concilium Pisanum Cardinalium au-
 ditoritate convocatum.*

His conditionibus per Legatos suorum
 Principum nomine acceptatis, tres

Secul. XVI.
A. C. 1511.

Sæcul. XVI. præfati Cardinales cum sex aliis, (*)

A. C. 1511. Concilium generale die prima Septembris Pisis celebrandum indixerunt, literasque convocationis affixerunt, quæ duo instrumenta complectebantur, quorum unum Cæsaris, Regisque Christianissimi nomine, alterum auctoritate Cardinalium Mediolani promulgatum fuit, utrumque tamen in eandem ferme sententiam conceptum videtur, ibique exponitur, eos, qui hanc Synodum convocassent, unice intentos esse, ut Ecclesiam in suo capite membrisque emendarent, manifesta crimina, obstinatos, atque correctionis impatientes castigarent, qui universali Ecclesiæ dudum gravissime offensionem fuissent: præterea dicebant, ex ipsa dignitate, qua in Ecclesia fulgerent, ipsis ad convocandum Concilium sat auctoritatis suppeditari; præsertim cum aliunde Synodi celebrandæ necessitas urgeret, eam vero a Papa indici, haud ultra sperari posset; *Synodum Constantiensem, addunt, de ejusmodi necessitate persuasam fuisse,*

Raynald. ad ann. 1511. n. 7. Paris. de Grass. t. 3. p. 680. Ciacon. in Jul. II. t. 3. p. 228.

(*) *Ex his Cardinalibus alios, nomina sua se insciis, atque inconsultis fuisse apposita conquestos esse, potissimam vero illarum partem publicis tabulis hos tres Cardinales falsitatis arguisse, testatur Paris de Grassis tom. 3. p. 680. Et Raynaldus num. 7. vid. §. 31. hujus libri.*

fuisse, indeque decreto sanxisse, singulis de Sæcul. XVI.
 cenniis Concilium celebrandum esse, hunc ter- A. C. 1511.
 minum expirasse, Julium tamen non modo
 nullum convocasse, sed semper Synodum in-
 dici petentium vota elusisse. Denique in
 hisce literis ipsum Pontificem Pisano Con-
 cilio vehementibus quidem, sed impu-
 dentissimis verbis adesse jusserunt.

§. XXX.

*Papa convocationis nuncio tur-
 batus.*

Julius horum audacia adeo terrebatur,
 ut dimisso belli consilio protinus Ro-
 mam reverti decerneret, ut dexteritate
 sua ac prudentia, si fieri posset, impen-
 dentem malorum procellam averteret:
 ast ardua omnino res erat, qua implica-
 batur, indeque, ut eluctaretur, nil reli-
 quum habebat, quam ut Cardinalium,
 quos velut schismaticos detestabatur, con-
 silia everteret, ac temerarios eorum in-
 sultus reprimeret.

§. XXXI.

*Alia Synodus a Papa Romæ
 convocata.*

Tandem pluribus mediis nequicquam Bullar. t. 1:
 adhibitis, Papa Maximilianum segnius Jul. 11.
 Synodi celebrationem urgere, ac de ipsius Const. 17.